



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

IX. De ordinatione clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

tiam reuocamus, terminum eis peremptorium festum purificationis beatæ Mariæ virginis venturum proximo assignantes, omnibus & singulis licentiis pro dissimulanda eorum absentia ipsis datis penitus reuocatis; salua nobis auctoritate dandi licentiam iis quibus visum fuerit expedire. Quod si præmissa contempserint aut neglexerint adimplere, & tunc ipsos a perceptione fructuum & administratione temporalium suspendimus, & volumus remanere suspensos: quod si temere se ingesserint, priuati sint beneficiis ipso iure: fructus autem per locorum archidiaconos in vtilitatem illius ecclesiæ conuertantur; salua vicarii sufficienti & debita portione.

IX.

Rectores
ecclesiarum
ordines re-
quisitos re-
cipiant.

Eisdem insuper ecclesiarum rectoribus præcipimus, vt ad ordinem quem beneficii sui cura requirit se faciant ordinari infra tempus a Canone institutum; alioquin quod de non residentibus est prædictum, circa fructus non percipiendos & priuationem beneficii intelligi volumus in eisdem.

X.

In beneficiis vero, quibus licet per vicarios deservire, volumus sic seruari, vt viri idonei loci episcopo præsententur, qui per se vel per alios ipsos in huiusmodi vicariis perpetuet, & sufficientem suis necessitatibus de ecclesiarum redditibus eis constituat portionem: alioquin singuli episcopi per suas dioceses elapso trimestri tempore providere curabunt.

XI.

Clerici co-
mam non
nutriant.

Edicto perpetuo prohibemus, ne clerici co-